

201
152)
Gratiam et Pacem cum felici novi anni voto per
Dominum nostrum etc.

Non libenter ator, Doctissime, et humanissime. Parce apud vi-
ros cordatos puerilibus hyperbolis; nunc tamen imperare mihi
non possum, quin apud te gravissimum virum, libere profitear,
quovis melle et quovis nectare, saaviores mihi suas literas fu-
isse quibus meis verbis, utpote verè et ex animo profectis, ut
fidem habeas, per tuam te fidem atq. humanitatem tuam et
am atq. etiam obsecro et obtestor. Præterquam enim, quod
cumulatissime meis votis, hoc est, meis postulatibus responsum
fuit, per tuam Epistolam novo etiam beneficii genere, tan-
quam auctuario quodam me honorasti. Sane enim responsi-
onem duntaxat ad meas literas, eamq. brevissimam præstola-
rer, non solam accipio epistolam bene longam, et cum mea
de prolixitate ex æquo contendentem. Ad quasi parum hoc
fuisse, etiam duplici munere. Siquidem satellitis comita-
tum stipatamq.; pro quibus sane tua in me et benevolen-
tia et beneficentia, non jam dubis testimoniis, nisi tibi gra-
tiaragerem, nisi tibi, inquam, gratias referrem, esse profecto
is, quem omnes boni odio dignissimum deputarent. Ergo, quod
fieri oportere æquam esse video iudicis, id ipso etiam opere
prestabo, hoc est, prestare conabor. Itaque, maximam tibi
apud me repositam scito esse gratiam, quod non solam me ho-
minem ignotum in notitiam adivisti, inq. necessitudinem
novam suscepisti, sed etiam ut tu liberalissime scribis, me co-
lendum iudicasti, et tibi devinciendum recepisti, et quod magni
animi signum non fallibile est, tuis muneribus comprobasti, quo
in numero apud te sint, et quanti esse, velis bonorum comen-
dationes, quandoquidem etiam vel ad primam congressionem
Balthasaris Lancraty, ei de commodissimo loco et præceptoribus
maximè idoneis providisti, et in futurum tempus ei tuam operam
studium, consilium non defuturum ostendisti. Hanc profecto vir-
tutis viam si perpetuo insistas, et si de omnibus bonis tam præ-
clare mereri studeas, quod te facere prorsus nihil dubito, non
dubium est, immortalem tibi apud Deum coronam repositam,
et apud bonos nunquam intermorituram famam partam.
De quid ego tibi prodonis tuis tam munificis, tam pretiosis
reporam? quid? Neq. enim nobis eadem mentis vis, non vi-
gor idem; Humiliores sumus, quam ut tanti ingenii iudicis

doctrina fractus edere. possim religiosiores, quam ut audeam.
Illa vero in re. esse omnia summa, quamvis quae tua est mo-
destia ex parte neget, posteritas tamen melius loquetur.
Ergo nunc à nobis grati animi signa recipere, et verè *καλκείαν*
χρυσίδα et pyra salubri illis hospitij: quanquam vellem intelli-
geres ex liberaliore animo profecta traditāq; magis esse, quam
aut parum prudenter permutata aut temere foras extrusa, quod
tamen si tibi usui esse non possunt, tuis saltem ut lusu et cre-
pundiorum loco esse possint, non gravatim, opinor, concedes.
Dabimq; verò operam in posterum, ut intelligas non pessime
collocatam fuisse tuam istam munificentiam. Piscatore manu-
tem vestram *κροδοζοδοσίαν* recte tu cum nonnullis alijs
demonstrasti, exfertis, explicasti; quae tua evidentissima pro-
prietate multiplex doctrina referta, immane quantum me-
selektantur, et nova quaedam doctrina singularis accres-
centiae locupletarent. Nam quae in hac parte Logices ex doctissi-
mo et ingeniosissimo Philippo Scherbio, Praeceptore meo, quem
libenter honoris causa nomino et alijs interpretibus non
contemnendis nunquam intellexeram, ea ex tua compendiosa
et summa luculentissime didici. Ita ego jam non modo tuo mu-
nere auctior, sed tuo etiam beneficio eruditior factus sum.
Neq; enim pauca rectius cognovi, quae antea non satis probe
fideliterq; arripueram et totam illam disputationem eo ordine
digestam vidi, qualem apud neminem antea observaveram.
Luceat verò mihi apud te amicum, apud quem mihi omnia
jam lucere existimo, hoc unum arrogare, Aristotelica et ut
tu interpretaris, vera doctrina me semper et fuisse studiosam
et perstudiosam magis magisque fieri; quam ipsam studiorum
seu dicam communionem, seu tractationem, sive etiam amu-
lationem, non parvum puto pondus allaturam ad confirman-
dam illam nostram necessitudinem. Solet enim novi istius
Anaxagorae theses nondum apud nos vidimus, et si multum à
nobis laboratum est, ut ex vicinioribus Academicis eas, simul
cum epydem vindicatione, quam tu sic nominasti, habere
possemus. Sed vel ex tua refutatione facile quivis animadver-
tere potest, quid apud illos novatores regnet, neque *Πλάτων*
Κροδοζία, *Ζωτρεία*, addo etiam veteris et recte constitutae
doctrinae *Ψικροπία*, quae omnibus aetatibus omnibus levibus
ingeniis ad turbandum usitata et parvum monstrum
Κροδοζία maxima fuerunt illecebra: Sed illam jam pro
suis meri-

202
suis meritis et tuo instituto, nisi veritati oblatrare desierit,
exagitandum relinquo; nunc ad nostra venio. Nos hic dei bene-
ficio cum bona conscientia et gratissima tranquillitate apud
nos eam Domini agri partem serio excolimus, quam Dominus
fidei nostra colendam tradidit, qui et seipsum nos fideliter et
circumvallat firmiter contra aporum Jesuitarum mira-
biles machinationes, qui in vicina Braunsberga sua habent
volubacula; defendit nos etiam contra talpas Regiomontanas,
non minus agro Domini infestas quam apros, et alia etiam
domestica inhumana, krwóda. Ministerium Ecclesie ha-
bens hic et optime inter se consentiens et scholae nostrae con-
junctissimum. Quae ipsa sancta conjunctio quantum bonum
sit, quantumque ex ea invidis oculi soleant, tu vel unus o-
mnium optime existimare poteris ex illo, quod dictum est,
Ecce! quam bonum et quam jucundum. Scripsi ad orna-
tissimum virum Dr. Christophorum Berbandum olim meum
correspondentem et fidem papam in relictatione Ubiqui-
tarios Regiomontanos, ei viro rogo, ut adjunctae literae per
tuos reddantur. Hunc enim virum tanto magis et a me
et suspicio, quod ego eum solum prope modum usque ad finem
agnovi fidem dei et veritatis assertorem. Reliqui enim non
pauci numero, etsi primos illos impetu Hoversanorum, de qui-
bus, si illa tibi videbitur, Dr. Berbandus te monere poterit, ani-
mos magis quam constanter sustinuerunt, postea tamen
stationem suam deferentes, iusto haud dubie dei iudicio, foedissi-
me terga dederunt, et non tantum in quatuordecim sed et trans-
fuga facti sunt. Vos autem amicos veros et fratres in Christo
electos etiam atque etiam oro, ut pro me quoque apud Clementiss.
illum Patrem dei nostri Jesu Christi oretis, ne unquam fi-
des mea deficiat, et tam periculosum naufragium ejus gra-
tia effugiam. Polonia nostra et Borussia status dei gratia
ita tranquilla est, ut jam per multos menses nihil ad nos sit
allatum, quod scriptione dignum iudicem. Quid nobis exclusu-
ra sit Synodus Episcoporum, aut potius progenies opera-
rum in regno Poloniae nunc congregata, dies docebit. Nisi
Dominus elusisset conatus Hispanicos, jam certo periculi-
ti essent hic de libertate in usum prioris religionis. Adeo
nusquam tuta est sancta illa nostra fides. Nos hoc unum
consolatur, quod solidum stet fundamentum, habens hoc sigillum,

Novit Dominus, qui sint sui; Extera negotia et viciniore
et notiora vobis arbitror. Illud addere, omnino debui, quod
M. Joannes Bockmannus Ecclesia nostra sumus Pastor te
suo nomine, jubet saluere, plurimum, qui et tui nominis
se studiosissimum esse mihi sapius testatus est, et tuas lucubra-
tiones inter charissimos sibi libros reposuit. Vale Humanis-
sime Domine, et utilissimis tuis scriptis multos doce, et
tibi plurimorum bonorum amorem genera. Data Elbingae
Prædie Nonas Januarij. Anno temp. ult. 1590.

Carissimo et humanissimo Viro
Dn. M. Davidi Pareo, Illustris sapi-
entiae domus in Academia Heidelberg.
supremo Rectori, Dño et Amico suo
reverenter colendo. f.

Excellentia Tua observantissimè
Thomas Rotus Borussia
Rector Scholæ Elbing.

153)

Ex literis M. Danicij Sloepii ad Joh. Praetorium Bresle
9. Januarij 1590.
Illustris Domine, quæ singulari est pietate, et incredibili
mansuetudine ac benignitate, tres filios domi habet, maxi-
mam nata tredecim, alterum septem, minimum quinq-
annorum. Pueri ingeniosi sunt, et nullis fere rebus, nisi pie-
tatis et opt. literarum amantes, itaq. mihi successorem quæ-
rit virum non leviter tinctum literis, sed doctum et bo-
num, cui possit eos post meum discessum erudiendos com-
mittere. f.

154)

D. Pareus

D. Henrico Fabricio Medicina Doctoris.
Salutem. Pro eâ, quâ ante annos octodecim Heidelberg
familiarissimè usi sumus amicitia, humanissime D. Fabrici,
amice optime, facere non potui, quin occasionem tam
doneam nactus ad te scribendi, pristina illius consuetudi-
nis nostræ memoriam tibi non ferunt, et quæ alterius
forte temporis fuerit, sed familiari salutatione. Si n.
in amicitia veteri quoque, suavissima esse debent, nihil
mihi jucundius hoc tempore visum est, quam posse salu-
tare et appellare veterem illum amicum Fabricium,
meumq. rursus facere, cui suum et plus quam suum olim
me esse meminî. Pari, ni fallor, ut olim, ita nunc quoque
navigio navigamus. Ego hic in septimum annum post
vartan